BIBLIA: VETUS TESTAMENTUM. FULGENTIUS RUSPENSIS

Österreich (Wien), 1473-1474 Seite 51r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



tu tabernaculi ex iacincto et pur
pura vermiculo · bysso que retorta ·
opere plumarij · et columnas quin
que cum capitibus suis quas operuit
auro · basesque earum fudit eneas
et operuit auro : xxxvii

a Fecit autem beselehel · et ar-
cham de lignis sethim ·
habentem duos semis cu
bitos in longitudine · et cubitum ac
semissem in latitudine : altitudo
quoque unius cubiti fuit et dimidij
vestivitque eam auro purissimo
intus et foris · Et fecit illi co-
ronam auream per girum · conflans quat
uor annulos aureos per quatuor
angulos eius · duos annulos in
latere uno : et duos in altero · Vec-
b tes quoque fecit de lignis sethim
quos vestivit auro : et quos
misit in annulos qui erant in lateri
bus arche ad portandum eam
Fecit et propiciatorium id est oracu
lum de auro mundissimo duorum cu
bitorum et dimidij in longitudine
et cubiti ac semis in latitudine
Duos etiam cherubin ex auro
ductili : quos posuit ex utraque
parte propiciatorij : cherub unum
in summitate unius partis · et che
rub alterum in summitate partis al
terius · Duos cherubin in singu
lis summitatibus propiciatorij exten
c dentes alas et tegentes propiciato
rium seque mutuo et illud respi
cientes · Fecit et mensam de
lignis sethim · in longitudine
duorum cubitorum · et in latitudine
unius cubiti : que habebat in altitu
dine cubitum ac semissem · Cir
cumdedit que eam auro mundissimo
et fecit illi labium aureum per girum
ipsique labio coronam auream inter
rasilem quatuor digitorum : et super
eandem alteram coronam auream fu
dit et quatuor circulos aureos quos
d posuit in quatuor angulos per singu
los pedes mense contra coronam
misitque in eos vectes · ut possit
mensa portari · ipsos quoque vectes
fecit de lignis sethim · et circum de-
dit eos auro Et vasa ad diversos
usus mense acetabula · fialas
et sciatos et thuribula ex auro
puro : in quibus offerenda sunt li
bamina · Fecit et candelabrum
ductile de auro mundissimo · De
cuius vecte · calami · sciphi · speru
leque ac lilia procedebant · sex in
e utroque latere · Tres calami ex par
te una : et tres ex altera Tres
sciphi in nucis modum per calamos
singulos · speruleque simul et lilia
et tres sciphi instar nucis in ca
lamo altero · speruleque simul et
lilia · Equum erat opus sex cala
morum · qui procedebant de scipi
te candelabri In ipso autem vecte
erant quatuor sciphi in nucis mo
dum · speruleque per singulos et li
lia : et sperule sub duobus cala
mis per loca tria : qui simul sex
f fiunt calami · procedentes de vec
te uno Et sperule igitur et cala
mi ex ipso erant universa ducti
lia ex auro purissimo · Fecit et
lucernas septem cum emunctoriis
suis · et vasa · ubi ea que emunc
ta sunt extinguantur de auro mun
dissimo Talentum auri appen
debat candelabrum cum omnibus
suis vasis Fecit et altare thi
miamatis de lignis sethim per
quadrum singulos habens cubitos
et in altitudine duos : e cuius an
g gulis procedebant cornua · vesti
vitque illud auro purissimo · cum
craticula ac parietibus · et cor
nibus · Fecitque ei coronam aureo
lam per girum : et duos annulos au-